

vndecio. Dicendū q̄ Sampson sibi mortē dei iussu in-
tulit: p̄ quo excusat. Vnde Auḡ vbi sup̄ capitulo xxi.
nullo modo sampson aliter excusat: q̄ seipsum ruina do-
mus cum hostibus opp̄ssit: nisi quia spiritus latenter
hoc iusserat: qui p̄ illum miracula faciebat. Exceptis
iḡit̄ his quos vel lex iusta generaliter: vel ipse fons ius-
ticie. Deus. specialiter occidi iubet: quisq̄s hominem
vel seipsum occidit homicidii crimine innectit̄: vt aut̄
omnes causas p̄pter quas legimus se aliquos occidisse
tangamus. Vide Augustinū libro primo de ciuitate
dei capitulo xxvi. vbi ait hoc dicimus: hoc asserimus:
hoc modis omnibus app̄bamus neminē spontaneā mor-
tem sibi inferre debere velut fugiēdo molestias tempo-
rales: ne incidant in perpetuas: neminem p̄pter aliena
peccata: ne hoc ipse incipiat habere grauissimū p̄pri-
um que non polluebant alienum. Neminem p̄pter sua
peccata p̄terita p̄pter que magis hac vita opus est vt
possit penitēdo sanari. Neminem velud desiderio vite
melioris que post mortē sperabat̄: quia reus sue mor-
tis melior post mortē vita non suscipit. Commendat̄
iḡit̄ catho a quibuscunq̄: ego hoc factum potius stulti-
ciam q̄ prudentiā iudico. Cuius filia minime.
Tangit autor filie cathonis in simili re exemplū: q̄ cō-
pletur infra libro quarto capitulo de amore cōiugali.
Nota ergo q̄ porcia cathonis filia bruti iulii cesaris
hostis ac interfectoris vxor ipsum suū diugem intime
diligēs consilii q̄ brutus deinterficiēdo cesare fecerat
conscia fuit: que dubitās ne mariti impediret̄ consiliū
vel in cesaris veniret noticiā: & sic possit occidi brutus
ipsa faciliter expiri voluit an se p̄ marito ferro posset
p̄cutere (q̄ fecit) vt patet in l̄ra: se enim vulnerat &
p̄ tēpora bruto suo diuge interfecto: quia ferrū habe-
re non potuit viuis carbonibus se extinxit vt infra pa-
tebit. Felicior p̄genie sua. Quia fuit locutus de
cathone vticensi & eius filia: loquit̄ de cathone. Cen-
sorino: a catho q̄ p̄dictus originē traxit. Lege l̄ram sic.